

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Demosthenis Et Aeschinis, Principum Græciæ Oratorum
Opera**

Demosthenes

Aureliae Allobrogum, 1607

Vorwort

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1565>

HIERONYMI VVOLFIIA IEΡΩΝΥΜΟΥ ΒΟΛ-

IN ORATIONES ÆSCHINIS
& Demosthenis aduersarias,
Praefatio.

Præfatio

*Oratiorum
Item phar-
nicariis prae-
mit Tomi
scopus.*

Drama Demosthenicorum operum parte, prius ceteris, eas vidimus orationes, quibus vir eloquentissimus, & dignitatis ac salutis Reipublicae studiosissimus, Philippi & Alexandri Macedonum potestiam, vel crescentem impedire vel confirmare cuertere est conatus. Prouidit enim homo acutissimus, & longissime in posterum prospiciens, considerata hominum potentum natura, & popularis atque regij imperij dissidiis expensis, fieri minime posse, ut Macedones patrum regni finib. ceterisque bello subactis prouinciis coteti, coquiesceret, antequam Athenieses etiam, emulos & perpetuos aduersarios, vel è medio sustulissent, vel suæ ditionis fecissent. Iraque cessandum sibi & continuendum esse non censuit, nec ignauie ciuium suo rū indulgedit, aut proditorum & stolidorum aduersationes acerbissimas pertimescendas: sed & populum ocio luxuque diffluentem, ad maiorū praelaram imitationem excitandū, & proditorum licentiam, quoad eius fieri posset, coercendā, & reipub. præsidia sociorum undique esse comparanda, ut iam iam instas atque ceruicibus liberrimæ nationis imminēs Macedonii tyrannis prohiberetur, & multis cotinuata seculis Graecorū libertas retinetur. Hoc fuisse Demosthenis institutum, & perpetua series orationū eius, & ipse vita & exitus, testis grauissimus declarat. Quæ cū mea siue opera & labore (quæ quidē, rūpantur ut ilia Codi, mihi cōcedēda sunt) siue industria & doctrina, (de quibus pro sua quisq; sapiētia & bonitate, me haud quaque recusante, iudicet) etiam Latinorū hominū lectio atque intelligētia pateant: nō est quod pluribus tati viri, & herois in suo genere, causam agamus. Accedit eodē Plutarchi & Pausaniae testimoniū, & ingratitudinē vineret, gratissima post obitū patriæ suffragiū. Quæ cū ita sint, audiri nefas eos esse arbitror, qui vel emulorū deprimēda gloria causa, vel priuato Macedonii odio Demosthenē impulsū, vel Persico auro corruptū, suū in Repub. scētā secutū esse opinātur. Etsi n. negari nō potest, acerrimos esse in magnis ingenis gloriae stimulos: homines honoris cupiditate flagrātes, nō modo cotēptū, sed etiā neglectū sui aut suspicione dūtaxat eiusmodi, vehemēter offēdi: quæ aut pecuniae vis sit, in corrūpedis viris, etiā natura bonis, nō tamē exercitatione virtutis satis confirmatis, aut vera philosophia & præceptis diligenter institutis, vita quotidiana exēplis innumeris demonstrat: tamē Demosthenes grauissimorū virorum testimonio, ea & natura fuit, & doctrina, & instituto vita, ut qui tale aliquid de eo suspectur, nō deo, τιλητος καὶ τοιετος τέλος τε φύσιν ηγέρη παράδεινον

Integri
Dem. sc
nis in v
glia.

ΦΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ Β' ΤΟΜΟΝ ΤΩΝ

αἰχνην καὶ μηδένας λόγων περιμένειν.

εφύμδρον. Μᾶλλον τιναίς ιδίαις ποτέσιαν καταστῆσαι φαί-
ειν, ή τινι σπέντεν ἔξελέγηκεν. εἰσὶ γὰρ παγκάριοι πνεῖς αἴ-
θερποι, οἵ πνεις κακίας ἐσωτοῖς πανήγυρεν πνα σπεισό-
τες, πάντας τοὺς τερέχοντας τῷ μὲν αὐτῷ πεπλίσιοι ποτὸν α-
σελγεῖσις καὶ μοχθηρίας καταρυπάνεν απεκάλυπον· ἵνα
δὴ πειθεῖ τὸ εἰσαγόμενον πονηρίαν τῇ ποιότητι τῷ παθῶν φέρεις
τοὺς ἐπί αἱρετὴ διαφέρειταις, συσπιάζωσιν. σπεντοῦ μὲν τοι
σὸν αἱ ἔξερνοι εἴλιοι, διπά τοις ιδιωτικοῖς τῷ εὔριστον, εἴσιν
ὅτε τῷ δέρνοις παρέβαπτὸν δημοσθένες, καὶ δέ τοις συνοφα-
πίας τοῖς ἐχθροῖς ὅπισθενδροις. ἐφ' οἷς ἔχων αὐτὸν οὐτ' ε-
παγνοῖνες εἴτε διπολεμούμενοι συγκέντρως δ' αὐτὸς αἰθερόποτόν τη
πατέντα, αἴσιων παραπέρ γε οἱ εὐφοροὶ ηγέτοις τον αὔραν
δεσνὸν αἱ τῷ βλασφεμοῦ βατανῶν φύσεων· οὕτω καὶ αἱ με-
γάλαι φυσεῖς, διπά διπολούς, ὁ πλάτων αἰτεψίατο, μεγά-
λας ὄμφισουσι εἴσοιτε καὶ τὰς κακίας. ὁ δὲ σύμπαντος τα-
χεόνου αἱ ἴσορείμη οὐτοις φανερών κατέσησαν, ὡς τοις εργοῖς
εἴτε τὸ γνωμένον. τότο δέ τοις διδαχεῖσθαι μάταιον. ἀλλὰ τὸ Σύ-
τον τῷ παθῶν εἰς τότε ἔξοπλοις τὸν δημοσθένειν, ὡς
ἐποντα καὶ εἰδότα τῇ πατέσι διέδειλον γνέσθαι ἐματόν
τοῦ πειθεντοῦ, διπά διπολούς, ἐπειδὴ πνευματεῖσιν, οὐταν
διωκόμενοι. ὁμολογῶ μὲν οὖν φίλεν τε καὶ φέρει πολλοῦ
ποιεῖσθαι τὸν δημοσθένειν, αἱ καὶ διδασκαλον ἐμοὶ γνέ-
σθαι μόνον (παρὰ μέτρον γάρ εἰ μὲν τὸν δεσμότητα τῶν εἰς τοῖς λό-
γοις σεινοτέρας οὐ τοις τῆς φύτεως μου ή ὡς τοις εργοῖς τη-
λικοῦτον τὸ μέρεσθος χωρέν. ἀλλὰ γε τὸ ἐλλειπτικὸν αἱρε-
σθέπος ἔμασθον) καὶ τοις φέρεισθαι τὸν δεσμότητον
στοχεύοντας μετοχεῖσθαι ταῦτα (οὐδα-
μοῦ γε ᾧ αἰσοῖμαι λεπτίζων εἰ δημοσθένεις αἱ γνωμότετα,
ὅπου μή τινες τῷ διπολεμοῦ ἐχούστοις καὶ τῷ επιμετάξειν οὐ
χαίρεισθαι πλανητικότηταν, διπά τοις φέρεταις ὁ βόλφιος φέρεις
τοῦ ιτιπολιτειβωνίω τὸν δημοσθένειν καὶ ρωμαϊκού τί-
βεντον ἐπειδήστατο) ὅμως δὲ πλείσιον ἀπέχειν αἱ ἐματόν
βουλεύμενοι, παντὶς εἴτε διπολεῖται, εἴτε αὐθαίρεται, εἴτε καὶ
ἀδικίαν χεὶλέγειν, ὡς διμολογεῖν μὲν καὶ διπολεμούμε-
νη τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ λέγειν. πολλοὶ τὸ Σύτον τοῦ αἰγαλομονε-
στεροῦ εἴτε γορμίζον, τοὺς τὰ φερούπαρξατα πάντας φέρεις
τὰ τελεσταῖν εἰβάσατα κείμοντας· οὐχ δέ αἱ γνώμωνας
μόνον, ἀλλὰ καὶ λίγον διηθεῖσις οἱ πνεῖς αὐτοῖς μήτε τοιδέδη-
μητε τὰ κοντά δικιεῖν εἰδότες, μή τοιστας εἴτε δεσμοί-
δημοσθένεις καὶ κικέσσοντος διδασκαλούς ἐμοῖς κα-
θίστασιν, τῷ πάντον τῷ νοοθετοῦσι. ἐπειδὴ εἰσαγόμενοις αἱρέοντες
φῶν διδασκαλον γεγνημένον. οὐ λογίζεται δέοι αἱ-
σταρχοὶ οὗτοι, οτι μή τὰ φερούμενα καὶ ὁ τυχεῖν αἱθερο-
πος τὰ σφάλματα τῷ φερατούμενον κατενοοσιν. ἀλλα,
ῳδὲ διπολεμούμενη τοις φρονκωτάτοις τῷ μὲν αὐτῷ πα-
ρέλαθεν. ἀλλὰ γὰρ τοῖς αἰγαλόμασι τούτοις κειταις, καὶ το-
φοῖς μὲν εἴτε φερατούμενοις, γεννοῦ δὲ οὐκ ἔχουσιν, ικανῶς
οὐτοις δημοσθένεις εἰδότες, μή τοιστας εἴτε δεσμοί-
δημοσθένεις διπολελόγικαται. δεσμοτὸν τούτουν αἱ εἰπολειοὺς πε-
ρι τούτον ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. ἀλλως τοισταν τῷ εἴτε
φερατοῦ τον ἐγνωκό τον. ὅτι οὐκ αἰτάρικης δεσνὸν ή αὐθερό-
ποτε φέρομενος μήτε καλύνειν τὰς δεπλάτους (κατ' διερκίδην
φάνη) τῷ συμφορεῖν, μήτε διδασκαλον διπολούχεν. ὅμως δέ
καὶ μάλιστα εἴ τοις χειμῶντος ἔργον τί δεῖ τε κυβερνῆσαι,
καί περ ὀδυνεῖς οὐταρχον, ὁμοίας δὲ καὶ τῷ γεωργῷ εἰ τοι
γνέσθαι τὸν στονεΐ καὶ πολλάκις, τινὶ μὲν αἱ χάλαζαι,
τινὶ δὲ οἱ κεραυνοι, τινὶ δὲ αἱ επομβέλαι εἰς ματαυπονίαν
δεσμεῖσασι πάσαν τούτον τὸν φιλοπονίαν. οὕτως αἱ πνε-
καὶ τῷ εὐλῃ μάχεται ή τύχη, μήτε παύοντος πρότερον αὐταῖς
δικαιούμενη τὸ ἀλλοτροσταλον ἄραι ἔχοντα δραμετόν τον

A tā illius improbitatē coarguat, quām suam prodat.
Sunt enim scelerata quādam natura, quā ex sue
vitiositatis conscientia, omnes magnos viros ali-
qua flagitiorum labē aspergere studeant, quo scili-
cet ipsē sub umbra magnorum nominum minore
cum infamia delitescant. Illud quidē non negarim
in priuatis contentionib⁹ aliquando oblitum offi-
ci⁹ Demosthenē, etiā per calumnias eversum iūfis-
se aduersarios. in quo eum equidem neque laudo, v ^{homen}
neque probō (veritatis enim & virtutis semper est
habenda ratio) sed ut homini ignosco. Vt enim se-
cundi agri noxiās etiā herbas gignunt, sic magna
ingenia (ut Plato prudenter ait) magnis etiam vi-
tiis aliquando abundant. idque omnium etatum
historiis sic declaratur, ut ineptum fuerit, hanc sen-
tentia exemplis approbari. Sed priuatis illis affe-
ctibus sic indulsisse Demosthenem, ut volens &
sciens Rempub. perderet, quicquid alij sentiant, e-
go mihi persuadere non possum. Fateor equidē a-
mari à me & magnificeri Demosthenē, ut & praece-
ptorem meum nam ab eo non quidem eloquentiā,
quam angustiā & mei ingenij non capiunt, sed Gre-
cū tamen sermonem ut cū que didici & gloria sue
quantulamcunque partem in Vuolſianum nomen
deriuantem! nusquam enim, ut opinor, legetur lat-
inus Demosthenes, quin aliqui grati homines, &
non maligni recordentur, Vuolſium fuisse primū
qui Attico pallio Demosthenis, qualemcunque Ro-
manam togam adiunxerit tamen à me plurimum
abesse velim hāc siue ſtūtūtiam, siue pertinaciam,
siue iniquitatem, ut confesse ac demonſtratē veri-
tati viderer aduersari. Multo etiam iniquiores es-
ſe puto, qui cōſilia ex euentu ſpectant: nec iniquos
dūtaxat, ſed parū etiam ſapientes, qui cū ipſi nec
priuata nec publicā rē gerere ſciat, ſe poſt tot ſecula
Demōſthenis & Ciceronis magiſtri eſſe debere
putant, qui, omniū ſuā etatis principiū & ſapientū
magiſtri fuerunt. Nō cōſiderat isti Aristarchi, poſt
C ſuā in ſuā
rē gestam quēuis facile perſpicere vitia rei gerē dā
que antequā ad rem gerendam vētū fuſſet, etiam
prudentiſſimos quoque feſellerūt. Sed his iniquis
ſtūtāque ſapiētiae perſuafione inflatis hominibus,
ſatis & Demosthenes in oratione de Corona, &
Cicero penultima ad Lētulū epifola grauitate
que eruditē reſpōdet. Quare nihil neceſſe eſt, me
logiore ſumere orationē: præſertim cū hominibus
moderatis omnibus perſuafum ſit, in humana pru-
dētia nō ſatis eſſe virium, vel ad fatales calamitates
prohibēdas, vel ad felicitatē cōparādam. T amē
ut in rē peſtitibus aliquae ſunt gubernatoris partes,
quānis infirm.e: ut ad excolēdū frumēdū agricolā
opera requiritur, etiā ſepenumero aliās grādine, a-
liās fulmine, aliās hymribus, vota iac. t(ut Ouidij
verbis utar) longique perit labor irritus anni: ſic
perpetuū eſt Cōſilio certamen cū Fortuna: neque
hāc ancipiti Marte cōfigere deſiunt, priuquam
euentus arbitriū litem irreconciliabilem dire-
merit. Nec enim ea rerū humanarū ratio eſt, qua
Confidit
Fortuna
certamen.

cursus Solis, qui perpetuo tramite ab ortu in occasum, atque iterum ab occasu in ortum decurrit. Nam quod is alias nubibus subtextitur, alias luna corpore obscuratur, quotidieque umbra terrae nostris conspectibus eripitur: id non Solis, sed nostrum siue incommodum sine vitium est) sed ut magna summa non rectam viam sequuntur, sed pronam & expeditam: ita sapientes homines ea sapernumerò suscipiunt, non quæ maximè optant, sed quibus in praesentia meliora non inueniunt. Hæc (esse mea nihil interest) temperare mihi non potui quin aditcerem, ut equiore animo & maiore studio consilia Demosthenis, quæ superiore voluntate continetur, à viris patriæ amantibus, & eloquentia, reginae rerum, studiosis, legerentur. Quod fortasse non inutiliter fieret per oculū, ab hominibus non nimis occupatis, ac Republicæ non negligentibus. atque adeo melius (quid si iucundius etiam?) opera in evolutionē huiusmodi scriptoribus ponere sur, quam in aliis nonnullis rebus, quæ magni à quibusdam aestimantur. Neque vero me præterit, non ea esse nostra tempora, quæ fuerunt Demosthenis: aliam esse religionē, alios mores, alias leges, alia imperia: sed tamen ut in re militari, sic etiam in ratione rei publicæ in magna dissimilitudine, magna est etiam similitudo: quam ut vir eruditus facile perspicit (quis enim ignorat, humanum ingenium per se suū esse simile, in suis commodis augendis, incommodeisque depellendis: et si diuersa via non nunquam progreditur?) sic ea rerum imperito & hebeti lectori breviter demonstrari non potest. Quod si nulla inde peti utilitas posset, tamen honesta oblectatio ex eloquentium scriptorum lectio ne, & consideratione veteris memoriae, percipitur. Verum his omissionibus, tandem ad summorum oratorum contentionē acerrimā, & orationes aduersari as peruenio. In quibus illud in primis constat & inimicos inter se, & eiusdem gloriae dicendi amulos fuisse Aeschinē & Demosthenem. Nam alioqui nūquam hic illius salutem, ille huius dignitatem oppugnasset. Causæ autem dissidiij sunt obscuriores & incertæ: de quibus pro suo quisque ingenio coiecturas sequitur, rationibus destitutus. Sunt n. qui putent, naturarū diuersitatē primā fuisse odij originum dissidentes.

1. *Ingenio-*
rum diuersi-
tus. *venit natura vel amicitia prima sive dicitur
ne, ut astrologi affirmat, naturale certorum hominum
inter se esse vel benevolentiam vel malevolentiam: id-
que res ipsa declarat, cum alios ex primo statim a-
spectu vel amore vel odio plerique prosequuntur, &
aliorum beneficis allici ad amorem, aliorum malefactis
alienari non facile possint. Affirmat & Aristoteles,
morum diuersitate haudquaquam esse aptam ad amici-
tiam vel constitutuendam, vel retinendam. Fuit autem
Aeschines, ut traditur, hilariori ingenio, cornis, tur-
banus, obseruans potentiorum, amator, coniulator: De-
mosthenes contra, abstemius, severus, acer, po-
puli studiosus, infestus principibus, iis praesertim a-
missa filium. οὐδὲ τοῦτο διό μηραίχνεις, ως φασι, ιδε
κός τούτου εἰς θέωσια, εργατικός, συμποτικός, εἰς τουτά
τικός, μυστικός γεννός, τοῖς μεγάλισα ἡ αἰτίωντις τοῖς*

A quibus imminere Gracis periculum prouidebat. <sup>2. Macedo-
nū studium
& odium.</sup>
Quæ etiam sola honesta disfidij causa commemo-
rari potest. Etsi enim Aeschines proditionis Ma-
cedonicæ reus agitur: id tamen crimen, ut non sa-
tis confirmatum, in medio relinquamus: & utrum-
que, tam Aeschinem quam Demosthenem, virum
fuisse bonum, & commodorum patriæ studiosum,
singamus, qualem uterque se perhiberi vult. Re-
ferebat autem sua consilia Demosthenes ad reipu-
blicæ dignitatem, cum periculo in præsentia con-
iunctam, & in posterum veræ securitatis effectri-
cem: Aeschines contentus erat præsenti pace quali-
cunque, & populum Atheniensem luxu enervatau-
& non iustis opibus munitum, imparem censebat
ad resistendum Philippo & Alexandro, regibus
acerrimis, & illo tempore potentissimis. Ut re-
ctius senserit, pronunciare non est meum. Utriusque
argumenta quisque inter se conferat: etsi nos
propter veræ historiae ignorationem, velut in sa-
lebris hæremus, & sine conditione illa (Si verè
hoc dicit Aeschines, aut Demosthenes) certi nihil
statuere possumus. Quis n. nescit, oratorum verba
non ad veritatem semper, sed ad persuadendu-
m quavis ratione, sc̄rè accommodari negari, af-
firmari, singi multa ab iis audacissime? neque id
omnino infeliciter: vulgus enim tanta levitate est,
ut ab hominibus eloquentibus ea etiam quæ com-
perta habet, in præsentia sibi extorqueri, & absur-
dissima quæque persuaderi sinat. ^{4. Aemula} Quarta causa ¹¹⁰⁴
odij videtur ab emulatione eiusdem studij profi-
cisci, cum enim uterque primus inter oratores ha-
beri cuperet, alterius sibi gloria quasi caliginem of-
fundī ac luminibus obstrui, moleste tulit: qui affec-
ctus multum rebus publicis incommodat, & a bo-
nis viris omni studio est reprimendus, ne radices
agat in ciuitatis perniciem. Sed hæc hactenus. Quo
autem pacto suam uterque causam egerit, ex col-
latione orationum summa cum voluptate cognos-
cetur, nec minori cū fructu ab eloquentia studiosis.
Hic enim duo hi oratores præstantissimi, omnes in-
geniorum vires, omnem doctrinæ & facundiæ co-
piam depropserunt. Collocauimus autem prin-
cipio orationem cōtra Timarchum (etsi locus in ea ^{Ordo contra}
tractetur offensionis apud nostros homines nō in-
iuria plenus) cū propter seriem temporis: tu quia
in oratione Demosthenica falsæ legationis, nō Aes-
chines duntaxat neglecti officij accusatur: sed Tim-
archus etiam utique defenditur. Ordine sequi-
tur Aeschinis defensio, & accusatio Ctesiphontis,
quam Demosthenes ea granitate, eo eloquēti & flu-
mine refutat: ut qui cū ceteras, tum hanc oratio-
nē accuratius expenderit (grācē præsertim scri-
ptas) nulla nostra ætatis scripta præ horum orato-
rum excellentia magnopere admiraturus esse vi-
deatur. Augustæ Vindelicorum, Calendas Augus-
tū, Anno 1569.